

17
(10)
Zweiter Brief

7

CONSTANTIAM CHRISTIA-
NAM,

IN ACTU ORATORIO-VALEDICTORIO
adumbrabit

VIRI SUMME REVERENDI, NOBILISSIMI ATQVE EXCEL-
LENTISSIMI DOMINI,

DOMINI

JOHANNIS CHRISTIANI ADAMI,

S.S. Theolog. DOCTORIS celeberrimi, Consistorii in Lusatia
inferiori Assessoris gravissimi, nec non Pastoris Primarii
ac Scholæ Luccaviensis Inspectoris undiqvae
optime meriti

FILIUS UNICE DILECTUS

JOHANNES CHRISTIANUS ADAMI,

Nec non

Tit. DN. MICHAELIS SCHINDLERI,

Civis ac Textoris Strehlensis & probi
& honesti

FILIUS SVAVISSIMUS

CHRISTIAN. ERDMAN. SCHIND-
LERUS.

Quos ut Academiae Candidatos dignissimos,
Ultimumque in Auditorio nostro dicturos

Die 11 April. 1708. Hora 1/2 post.

Benevole audiant

Tit. DN. DN. MOCENATES, Patroni Musarum,
qve Fautores,


Officiosissime, eaqve qua par est, humanitate
obtestatur

M. GODFRID. STEINBRECHER,

Rect. Illustr. Schol. Torgav.

TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACH, HEMPEL,



Quod rarum, quin rarissimum!

En Tibi! Lector benevole:

Discipulorum par laude Constantiæ conspicuorum,

En! ADAMI nostrum & SCHINDLERUM,

Qui Pietatis, qui Honestatis,

Qui Modestiae, qui Industriae

Strenui cultores, amatores assidui

Præceptoribus (credo & Parentibus)

Tædium crearunt nunquam: nunquam non gaudium.

Quid ni igitur rarum hoc, quin! rarissimum?

Non paucis sane è Discipulorum ordine

Principium fervet, tepet medium, friget finis.

Accedat modo unus itemque alter

Ad cantharum & Cantharam invitans,

Paratus adest commilito, in vitia flecti cercus.

Musis sane vix à limine salutatis,

Platonem supra sapere, sapere supra Zenonem

Extemplo videtur sibi hic & ille, quin! mille

Alligati gladio comaque adscititia exornati

Modestiae valedicunt, valedicunt industriae, scholae;

Non sine ingenti Præceptorum mœrore, dolore.

Quid porro de Inconstantia vulgi?

Est leve, arcu quod mittitur, telum.

Est levis dubiae inconstantia fortunæ,

Est levis, de præcepti qui valle fluit, torrens,

Et levis, quæ vento agitur, pluma:

At levitate levior constantia vulgi.

Excipiebatur gentium Doctor honoribus,

Laudibus divinis afficiebatur,

Per varios cum casus, Melitam esset pulsus:

At verò caloris impatiente serpente

Proflitente in manum frigore emortuam,

Impium quem Melitenses appellabant hominem,

Sanctum salutabant paulo post Deum.

Quem contra laudibus in cœlum Solyma elevat,

Eundem mox accuset, damnat, flagellat, cœcat

Jesum Christum crucifixum,

Scilicet

Scilicet tam mōbiles non arborum rami, non folia,
 Qvam flexiles sunt vulgi voluntates.
 Quid causā? Cum fortuna statqve caditqve fides.
 Inconstans hæc constantia in aulis maxime Principum,
 Qvos ut Reges & Principes hic & ille colit,
 Colatur ut ipse, omnes ut calcet. †
 Xerxes numerosissimo exercitu superbiebat,
 Carebat mox servorum ministerio, prælio victus,
 Qvos Cicero florens fovebat, defendebat,
 Ab iis domo exul excluditur, proditur, interficitur.
 Fervente scilicet olla, fervet amicitia.
 Amico hodie acclamantes: En Dextra fidesqve!
 Diffugiunt cras, cado cum fece siccato:
 Surgente malorum nube, diffugiunt,
 Superbiunt, secundiori fortuna aridente,
 Applaudente vulgo, præ fastu insanunt,
 Abjiciunt mox animum, re minus prospere succedente.
 Quid quod Sanctissimorum etiam Constantia quæ?
 Mobilis, flexilis, labilis.
 Constantia undis subducebat Noachum,
 Lethum flammis eripiebat Constantia,
 Utrumqve tamen temulenta nuditas ludibrio exponebat.
 Tot hostes David, tot adversarios cludebat, prosternebat,
 At ille ab imbelli mulieris nuditate victus,
 Inconstantia siebat ludibrio.
 Et tu à Dei imagine nude Adame,
 Ubi es? prodi vir constans, cur times?
 (Proh Deum immortalem! quid tandem de Nobis,
 Deus nisi ipse in Cruce nudatus nuditatem
 Peccaminosam expiasset nostram?)
 Quid de Juda Ischariotha?
 En! vili pretio vendit,
 Quem Jesus cruento lytro emit.
 Et tu Petre, ubi es stricto cum gladio?
 Scilicet ad mortem paratus, paratus es ad fugam.
 En! ubi universa Discipulorum turba?
 Excessit, evasit, erupit.
 Proh Deum immortalem!
 Ubinam gentium est Constantia?
 Ubi est rectum illud & immotum robur animi
 Externis aut fortuitis non clati, non depressi, ††

Estne

† Seneca Tragic. in Herc. Orl. v. 616. & 617.

†† Ita definiat Lipsius, Libell. de Constantia.

Estne in Cœlo?
 Cœlitum, vah! multi à Deo defecerunt.
 Estne in Paradiso?
 Paradisi, vah! incolæ primi à Deo defecerunt.
 Estne in Schola Jesu?
 Jesu vah! discipuli ipsi à Jesu suo defecerunt.
 Estne in Coetu Papicularum?
 Papicularum vah! chorus hoc habet Symbolum:
 Non servanda fides.
 Adesto inconstans urbs Constantia,
 Loquere, ut te videam,
 Nonne de te recte? recte omnino Poëta:
CONSTANTEM INCONSTANS CONSTANTIA SUSTULIT HUSSUM,
 Constans ubi hodie Hussus?
 Lutherus ubi hodie constans?
 Constantes ubi Martyres?
 Principes ubi cum plebe constantes?
 Fuci expers Christianus jugiter studet constantiæ,
 Nec prosperis effertur, dejicitur nec adversis,
 Boni nihil, nihil Mali, ultra, quam par est, sperat, metuit,
 Brevi: Frons ipsi eadem, idem vultus,
 Nec instantis Tyranni vultus, nec fulminantis manus
 Ipsum mentis quatit solida, ††
 Aut cœlum si ruat, dehiscat ima tellus
 Feriant summos montes fulmina,
 Impavidum ruinæ tonitrua quæ feriant.
 Ridente fortuna, fortuna flente,
 Non movetur, semper idem.
 Symbolum ipsi est: **NON CONCUITI.** †††
 Adventante inprimis mortis horula,
 Constantiæ studet, positurus corona, proemio Constantiæ.
 At manum de Tabula!
 Tu, Lector honorande,
 Denovo à Nobis rogatus, compare frequens,
 Et vivis Tibi coloribus representabitur
Constantia Christiana.

†† Horat. L. 3. Od. 3. Carm.

††† Senec. de Tranquillit. animi C. 2.



Bo

1





78 M 437



TA → OL


kein Rest.

nur 5A, Sta. verknüpft bisher



1077





CONSTANTIAM CHRISTIANA M,

IN ACTU ORATORIO-VALEDICTORIO
adumbrabit

VIRI SUMME REVERENDI, NOBILISSIMI ATQUE EXCEL-
LENTISSIMI DOMINI,

DOMINI JOHANNIS CHRISTIANI ADAMI,

Theolog. DOCTORIS celeberrimi, Consistorii in Lusatia
Inspectoris undiqvaque
meriti

E DILECTUS
STIANUS ADAMI,

LIS SCHINDLERI,

rehlenus & probi
nesti
YISSIMUS

OMAN. SCHIND-
US.

andidatos dignissimos,
torio nostro dicturos

1708. Hora d $\frac{1}{2}$ post.
audiant

tes, Patroni Musarum.
utores,

va par est, humanitate
tur

STEINBRECHER,
chol. Torgav.

ZACH, HEMPI;

